

Ruggero II (1130-1154)

Arenga 049

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Ruggero II (1130-1154)

Arenga 049

1140, Agosto [27]

Regum catholicorumque principum

Regum catholicorumque principum nil constat gloriosius esse quam Deum vereri, loca sancta venerari pauperibus Christi, qui sua spernentes se Deo largiti sunt, alimenta vite necessaria providere simulque conferre; nec eo minus gloriosum, quod a bonis principibus pro Dei amore laudabili devotione factum est pro eiusdem reverentia sancto desiderio colere, confovere pro temporum varietate et loco tueri et conservare.